



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

8. Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

enim ad Christum & saturari iustitia nemo potest, nisi qui vehementi iustitiae & pietatis desiderio tenetur: & hoc est quod Christus hoc loco docet, promittens saturitatem iustitiae esurientibus illam, iuxta diuæ virginis Canticum. *Esurientes impletuit bonis: quod multis verbis Esaias amplificat. Ecce serui mei comedent, & vos esurieritis: Ecce serui mei bibent, & vos sicut etis: & quæ sequuntur.* A terra hac saluberrima doctrina, ne vitæ sanctitas ac iustitia in solius fidei præiudicium commendari à Christo videatur, lectoris animum impolitor Calvinus auerterit.

8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Nefarius Calvinus, qui omnem cordis munditiem negat,
Scriptura corruptela affectata.
 ut omnia iustorum opera immunda semper esse & contaminata detendar, exponit hoc loco, mundos corde à Christo hic vocari qui non delectantur iustitia, sed sincè versantur inter homines, nec aliud verbis aut vulnu præse ferunt quam agitent in corde. Tales autem Deum visutos exponit, quia si perspicaces non sunt ad fallendum in terra, Dei conspectu in celis fruantur. Hæc ille. Est hæc affectata & studiosa scriptura Euangelicæ corruptio. Nulla enim hic consequentia, nulla cohærentia est, ut simplices & minus perspicaces in hac vita Dei visione fruantur in cælo, siue per modum mercedis, siue ex idoneitate & apta dispositione alterum ex altero consequi ponas. His adde quod idiorum clarius Deum viderent quam Apostoli & Ecclesiarum doctores sanctissimi. Nec usquam in Scripturis qui sincè versantur inter homines, mundo corde vocantur. Mundum cor in Scripturis internâ mentis puritatem, & innocentiam generalem significat ab omni praua cupiditate alienam. *Quis ascendet in montem Domini, & stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde;* id est, qui nec opere nec cogitationis consensu in Deum aut proximum peccat. Rursum, *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Pet sanctimoniam significatur non solum puritas mentis à carnis spurciis, sed etiam generalis animæ puritas ab omnibus iniquamentis carnis & spiritus. De qua Esaias. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis,* & D. Iacobus. *Purificate corda vestra duplices animo:* id est, qui Deum & mundum diligere vultis, quæ simul diligunt. Talem munditiem petiit David à peccatis retriges.

Cor

Mundum
cor in scri-
ptura qua-
ptu.
ps.
Vsal.23.

Hebr.12.

Esai.1.

Iacob.4.

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Tametsi autem non sit in hac vita absoluta cordis munditia & puritas iuxta illud: *Quis potest dicere, mundum est cor meū, purus sum à peccato?* tamen est aliqua munditia fragilitati nostrae possibilis, & ad vidēdum Deum idonea, quando licet *in multis offendimus omnes*, ab illis tamen *acob. 3.* criminibus abstinemus de quo genere idem dixit, *Qui offendit in uno, factus est omnium reus.* Esi enim nemo sit purus à peccato leuiori & quotidiano, à grauioribus tamen puri esse possumus & debemus, ut fiduciam vidēdi Deum habeamus, iuxta illud Ioannis. *Si cor nostrum non reprehenderit nos,* *I. Ioan. 3.* fiduciam habemus ad Deum. Vnde eodem cap. quum dixisset. *Videbimus eum sicut est*, modum videndi subiunxit. *Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut & ille sanctus est.* & paulò pōst. *Omnis qui peccat, non videt Deum, nec cognovit eum.* Tenenda igitur firmiter contra corruptiones hæreticas hæc sana doctrina de cordis nostri munditiae, non solum ut sincerè cum hominibus versemur, sed etiam ab omni peccati labo mundi simus, quia *sanguis Christi emundauit conscientias Hebr. 9.* nostras ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti, ait Paulus.

12. Quoniam merces vestra copiosa est in celis.

Catholicæ Ecclesiæ doctrinam de meritis operū ex hoc Merita loco euidenter stabiliter suggillat Caluinus his verbis. *bonorum Quid Papista in nomine mercedis ludunt, nullo negotio hic fū- operum. cus diluitur.* Neque enim, ut somniant ipsi, mutua est relatio inter mercedem & meritum, sed gratuita est promissio mercedis. Deinde si reputamus quām mutilem sit ac vitiosum quicquid bonorum operum etiā ab optimis prodit, nullum unquam opus inueniet Deus mercede dignum. Hæc ille. Sed huic duplii cauillo facile responderetur. Est quidem promissio Dei gratuita; promissione autem semel facta, retributio non est gratuita, sed debita: non quia nobis Deus aliquid debet, sed quia eius quod gratuitè promisit, debitor factus est, & se ipsum negare non potest. Iustorum opera in pura charitate facta, maximè tolerantia persecutionis pro fide, de qua Christus hic loquitur, non sunt virtiosa, sed mercede digna, quatenus à Spiritu gratiæ proficiuntur, & sua dona coronat Deus. Vide pluta in opere nostro de iustific. lib. II. cap. 3. & seqq.

14. Vos